minamus et ſancimus, quod a dato præ-
ſentium in antea perpetuis temporibq
nullus unquam textor aut pannifex
Civitatis nostræ Gorlicenſis pannum
aliquem venditurus incidere per ulnas
aut pecias debeat aliquas, niſi in domo
Civitatis ipſius mercatoria etiam ſuam
et in qua juxta Civium prædictorum
Statutum municipale hoc ſibi facere liceat,
habeat ſtationem, ſi quis autem contra-
rium attemptare præſumpſerit conſe-
quentem indignationis nostræ acrimo-
niam non immerito formidabit, in cujus
rei testimonium et robur perpetuo
valiturum præſentes fieri et ſigillo
nostro fecimus communiri. Datum
in Kufſtein anno a nativitate
Domini Milleſimo trecenteſimo tri-
ceſimo primo, in die beatæ Marga-
rethæ virginis glorioſæ.

Nullus pannifex pannum per ulnas incidere debet, niſi in domo mercatoria habeat ſtationem

14

Regis Johannis vom Durchzoll
1332.

Nos Johannes Dei gratia Bohe-
miæ et Poloniæ Rex ac Lucemburgen-